

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Urkunden und Akten der Stadt Strassburg**

Nachträge und Berichtigungen zu Bd. 1 - 3. Register zu Bd. 2, 3 und 4,1

**Schulte, Aloys**

**Straßburg, 1898**

1284 - 1288

[urn:nbn:de:bsz:31-326727](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-326727)

horis prescriptis neglexerit interesse vel eis a principio usque ad finem non curaverit interesse, quod decanus, qui nunc est vel pro tempore fuerit, augmentum predictum loco negligentis<sup>a</sup> percipiat et suis usibus applicet, dummodo idem negligens<sup>b</sup> in civitate Argentina extiterit<sup>c</sup> nec aliqua predictarum causarum fuerit prepeditus. ut autem statutum hoc perpetuo<sup>d</sup> duraturum inviolabiliter observetur, presentem ordinationem super eo confici jussimus et eam in libro, qui dicitur regula ecclesie nostre, fecimus sollempniter consignari. actum anno domini 1284 in vigilia apostolorum Symonis et Jude.

*M aus Melker Codex fol. 32 Z. 17 — fol. 33 Z. 13 Eintrag von gleichzeitiger Hand.*

10 **269.** Her[mannus] de Thierstein thesaurarius et camerarius ecclesie Argentinensis de edificio castelli, quod apud villam Suvelwihersheim pecunia sua comparavit et edificavit, cum orto et prato juxta molendinum sito necnon de edificiis castello circumjacentibus sic disponit et ordinat, quod ipso ab hac vita cedente dictum castellum possideat senior canonicus Argentinensis parentele sue de Thierstein nacionis, qui  
15 antiquior sit in jure canonicie ecclesie Argentinensis. et si nullus de parentela sua sit in ecclesia canonicus, vult, quod castellum pertineat ad illum, qui pro tempore officium habet camere ecclesie Argentinensis. quicumque castellum tenuerit, statuit, ut idem annis singulis in revoluzione anniversarii ipsius triginta solidos den. Arg. ministret et assignet festo b. Martini portario ecclesie dividendos in choro presentibus  
20 dominis et prebendariis. vult tamen sibi salvum fore, quod ordinationem suam revocare et castellum vendere permutare aliisque locis legare possit. decanus et capitulum sigillum capituli appendunt cum sigillo thesaurarie. «sciant cuncti quod.» datum nonis januarii anno domini 1286. 1286 Januar 5.

*Nov. 11*

*B aus Straßb. Bez. A. G fasc. 2719 or. mb. c. 2 sig. pend. quorum 1 delaps.*

25 **270.** Nicolaus IV papa . . Tullensis et . . sancti Thome Argentinensis ecclesiarum decanis mandat, quatinus Frederico episcopo Spirensi pro juratione incauta imponant poenitentiam ac revocent, quod in dampnum ipsius sedis invenerint attempatum. «ad audientiam nostram.» datum Reate nonis septembris anno primo. 1288 September 5 Rieti.

30 *Aus Langlois Reg. de Nicolas IV nr. 362 (Reg. Vat. 44 fol. 51v) — Mitth. a. d. Vatik Arch. I nr. 323.*

**271.** [Der Provinzial] verbietet den Dominikanern den Verkehr mit Angehörigen der mit Interdict belegten Stadt Straßburg. [1288] Worms.

35 Quia permissione divina vacante domo Argentinensi multi per terminos dicte domus discurrunt absolventes excommunicatos, ut dicitur, qui missas in Argentina a

a) *M* negligentis. b) *M* negliens. c) *M* extiterit. d) *M* perpetuo.